

^{xio}
Corv. Carolino-Vinc. f. n^o 21.

GABRIELIS DEGAST
ANTECESSORIS AVRELII
COMMENTARII IN DVOS TIT. C.

De impuerum & alijs substitutionibus.

De sententijs que pro eo quod interest proferuntur.



AVRELIAE

*Ex Typographia Eligii Gibieri, Aurelianensis
Vniuersitatis typographi.*

1578.

Cum Priuilegio,

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM



R. P. D. REGINALDO
DE BEAVLNE EPISCOPO
MINATENSI, ILLVSTRISSIMI
Andium Ducis Cancellario, Sacriq; cō-
fistorij Consiliario Gabriel Degast
Antecessor Aurelius. S. D.

RAESTANTISSIMUM esse munus
eorum qui ius ciuile proficentur, Reue-
rendissime Antistes, liquido comprobat
Antecessoris nomen, quo insigniri merue-
runt: cum aliis antecedere quam maxi-
mè sit gloriosum. Vnde video iandiu
quosdam mirari solitos, cur ex nostris hominibus tam pauci
in eo excelluerint: ut quæ inde manat gloria nōdum in Gal-
lia translatata videatur. In qua si humaniores literas quis in-
tueatur, aut sacram Theologiam, vel copiam Iurisconsulto-
rum consideret, nulli proculdubio cedit: Si verò eos qui se ad
profitendum docendumq; ius ciuile contulerunt, fermè nullos
inuenier, si cum Italia cōferatur. Cuius enim Galli professo-
ris luminibus nō offecerit atq; obstruxerit fama & gloria Accur.
Bart. Bald. & aliorum non paucorum: quorum tamen

a.ij.

GABRIELIS DE GAST
ANTECESSORIS AVRELII
COMMENTARIUS IN TIT. C.
de impar. & alijs substit.

DE duobus hic a nostris (inquit Ferretus) non tam quæritur, quam dissentitur. Vnum est quid sit substitutio, Alterum quotuplex ea sit. Ea vero priusquam attingamus, notandum est, substitutio, verbū bifariam considerari. Largè, & strictè. Largè substitutio dicitur omnis in alterius locum facta subrogatio. Sic substitutas arbores, & substituta pecora Paulus & Pomponius dixerunt L. Arbores. L. vel inutilium. D. De usufructu. Et substitutam actionem L. i. §. Hæc actio. D. Si quis testamento lib. esse iussus. Sic & in legatis substitutionem dicimus, in fideicommissis, & mortis causa donationib. L. ut hæredibus, D. de leg. 2. L. vnicā §. sin autem aliquid sub condit. C. de caduc. toll. In legatis autem substitutio fit, cū testator legatum quod primo dedit, in eum casum secundo dat, quo primus capere non possit. In quo differt substitutio, a translatione, & fideicommisso.

A. j.

111



GABRIELIS DEGAST ANTECESSORIS AVRELII in COMMENTARIIS IN TIT. C. DE SENTEN:

qua pro eo quod Inter. prof.

RECTA huius tituli collocatio patet ex precedentibus, qui sunt de sententijs proferendis. Cum enim (inquit Bart.) in ferendis sententijs multa dubia soleant oriri super eo quod interest , ipsa de sententijs disputatio etiam eius quod interest disputationem postulat. Qua ratione & hic titulus superioribus applicatur commodissime, & futuræ nostræ disputationis commendatur utilitas: quod nullum sit negotium , in quo de eo quod interest non queratur. Sed iam maius quid nobis constituendum est, non solum in actionibus queri de eo quod interest, sed actiones ipsas ex eo quod interest subsistere L. si procuratorem. §. mandati actio. D. Mandat. L. stipulatio ista. §. alteri. D. de verb. oblig. L. i. D. de appellationib. recip. Et hoc, quod interest deficiente Q. j.